clamabant quod non solum ad ipsum sed nec etiam ad fores domus sue appropinquare volebant quoniam ignis inextinguibilis omne illius edificium comminuerat ut etiam longe positos terreret. Predictus vero aruspex cum audiret ipsum quedam maleficia [illegible] clamabat amplius [illegible] ¶ Quidam demoniacus [illegible] ingrediente mediolanum demone dimisit. egrediente iterum invasit. Interrogatus de hoc demon ait se ambrosium timuisse. Alius quidam nocte cubiculum adiit ut gladio ipsum necaret. Prece ac precio a iustina inductus. Sed cum dexteram gladium elevasset ut ipsum percuteret continuo aruit manus eius. ¶ Quidam a demonio arreptus clamare cepit ab ambrosio se torqueri. Cui ambrosius: Obmutesce diabole quia te non torquet ambrosius sed invidia tua quia illuc homines ascendere conspicis unde tu turpiter corruisti. Nam ambrosius nescit inflari. Et statim ille obmutuit. ¶ Quadam vice dum sanctus ambrosius per civitatem pergeret quidam lapsus in terra prostratus iacebat. Quem videns alter ridere cepit. Cui ambrosius: Et tu qui stas vide ne cadas. Quo dicto statim lapsum suum doluit qui riserat alienum. Quadam etiam vice ambrosius ad palatium macedonii magistri officiorum ut pro quodam intercederet venit. Sed cum fores clausas invenisset nec intrandi sibi copiam potuisset ait: Et tu quidem venies ad ecclesiam et non clausis ingredi ianuis sed apertis non valebis. Elapso aliquo tempore metuens inimicos macedonius ad ecclesiam fugit et patentibus ianuis aditum reperire non potuit. Fuit autem tante abstinentie quod cottidie n isto et die dominico et festis precipue ieiunabat. Tante etiam largitatis fuit quod omnia que habere potuit ecclesiis et pauperibus nil sibi retinens tribuebat. ¶ Tante compassionis fuit ut cum aliquis lapsum suum sibi confitebatur sic amarissime flebat ut illum similiter flere compellebat. Tante humilitatis ac laboris fuit ut libros quos dictabat propria manu scriberet nisi cum infirmitate corporis gravaretur. Tante etiam pietatis et dulcedinis fuit ut cum alicuius sancti sacerdotis vel episcopi sibi obitus nuntiaretur sic amarissime flebat ut vix consolari valeret. Cum autem interrogaretur cur viros sanctos qui ad gloriam proficiscebantur sic flere diceret ait: Ne putes me flere quia recesserint sed quia me precesserint et quia difficile invenitur qui tam dignus officio eius habeatur. Tante etiam constantie et fortitudinis fuit quod imperatoris et principum vitia non palpabat sed eos voce libera constantissime arguebat. Cum quidam vir quoddam flagitium perpetrasset et coram eo adductus fuisset dixit ambrosius: Oportet illum tradi sathane in interitum carnis ne talia deinceps audeat perpetrare. Quem eodem momento cum adhuc esset in ore eius sermo spiritus immundus discerpere cepit. ¶ Quadam vice ut aiunt cum beatus ambrosius

Georgius dicitur a geos **de nomine.**
quod est terra et orge quod est colere
quasi colens terram id est carnem suam.
Augustinus autem de libro in trinitate dicit quod
bona terra est in altitudine moncium, tempera-
mento collium, planicie camporum. Prima
n bona est ad virentes herbas. Se-
cunda ad vineas. Tercia ad fruges. Sic beatus

[illegible]

Georgius **de sancto Georgio.**
Georgius tribunus genere Capadox
pervenit quadam vice in pro-
vinciam Lybie in civitatem que dicitur Sy-
lena. Iuxta quam civitatem erat stag-
num instar maris in quo draco pesti-
fer latitabat qui sepe populum contra
se armatum [illegible]

[illegible]

obitu sanctorum Philippus gallis praedicavit
christum barbarasque gentes vicinasque
tenebras et timenti occeano junctas
ad scientie lumen fideique portum ducit. Deinde
in ierapolim frigie provincie urbe cru
cifixus lapidatusque obiit. Filieque eius filia
bus suis item requiescunt. Hec ysidorus.

Jacobus iste apostolus vocatus est Jacobus
alphei, i. filius alphei. frater domini. Jacobus minor
et iacobus iustus. Jacobus alphei
dicitur non tantum secundum carnem sed et secundum nominis interpretationem.
alpheus interpretatur doctus vel
... vel fugitivus vel millesimus. Dicitur
alphei quia fuit doctus per scientie inspirationem ...

[illegible]

Jacobus ... [illegible]

[illegible]

... de sancto iacobo

[illegible]

nor ad differentiam iacobi zebedei, quia licet natus sit prior, fuit tamen vocatione posterior. Unde et hec consuetudo in pluribus religionibus observatur, ut ille qui prius ingreditur maior vocetur et ille qui posterius minor, licet sit prior aut etate maior aut sanctitate dignior. Dicitur autem iacobus iustus propter meritum excellentissime sanctitatis. Secundum ieronimum tante reverentie et sanctitatis in populo extitit ut fimbriam vestimenti eius certatim tangere cuperent. Unde et de eius sanctitate sic scribit egesippus apostolorum vicinus, sicut in hystoriis ecclesiasticis legitur: Suscepit inquit ecclesiam frater domini iacobus qui ab omnibus nominatus est iustus ab ipsis domini temporibus usque ad nos. Hic ex utero matris sue sanctus fuit. Vinum et siceram non bibit, carnes numquam manducavit, ferrum caput eius non ascendit, oleo non est unctus, balneis non est usus, syndone et veste linea semper indutus. Orans tociens genua flexit ut callos in genibus sicut in calcaneis haberet. Propter hanc incessabilem et summam iustitiam appellatus est iustus et oblias, quod interpretatur munimentum populi et iustitia. Hic solus inter apostolos propter nimiam sanctitatem suam permittebatur in sancta sanctorum intrare. Hec egesippus. Non quitem [illegible]. Dicitur et quod primus inter apostolos missam celebraverit. Nam propter sue excellentiam sanctitatis hunc honorem apostoli detulerunt ut primus post ascensionem domini inter eos missam ierosolimis celebraret et quia ecclesiam [illegible] ordinavit, etiam ante eius ordinationem [illegible] discipuli erant [illegible] in doctrina et prior consecratione [illegible] panis quod

cessisse celebratione [illegible] vel forte ideo primus celebrasse dicitur quia primus in pontificalibus eam dicitur celebrasse perhibetur. Sicut et petrus primo modum primus in antyochia missam celebravit et marcus in alexandria. Hic perpetue virginitatis extitit sicut testatur Ieronimus in libro contra Iovinianum. [illegible] Cum autem mortuus dominus fuisset sicut yosephus et Ieronimus in libro de viris illustribus: iacobus votum vovit se non commesturum donec videret dominum a mortuis resurrexisse. Ipsa autem die veneris cum usque ad diem illam iacobus non gustasset cibum, dominus apparuit ei et his qui cum eo erant et dixit: Ponite mensam et panem. Deinde panem accipiens benedixit et dedit iusto dicens: Surge frater mi et comede quia filius hominis a mortuis resurrexit. Septimo quidem anno episcopatus eius cum ad diem pasche apostoli ierosolimis convenissent et ab eo [illegible] a iacobo quanta per eos deus coram populo fecerat referebant, cumque vii diebus iacobus cum aliis apostolis in templo predicasset coram caypha et aliis iudeis et iam parati essent ut baptizari vellent, repente quidam templum ingrediens clamare cepit: O viri israelite quid facitis? Cur ab istis magis vos decipi permittitis? Intantum autem plebem concitavit ut apostolos lapidare vellent. Ascendit autem ille super gradum ubi iacobus predicabat et ipsum precipitavit deorsum et ex tunc plurimum claudicavit. Hoc autem vii anno post ascensionem domini beatus iacobus passus est in anno episcopatus sui tricesimo. Videntes iudei quod paulum non possent occidere eo quod ad cesarem appellasset et to-

Littere [illegible]
sunt [illegible]
a b c d e f